Widmung des Peter Bohier an Karl V. von Frankreich.
(Cod. Barberin. XII. 27 fol. 9.)

Barb. XII. 27.

fol. 9. col. 1.

Karolo Chriſtianiſsimo principi. Deique gratia Francorum regi. Petrus ſerenitatis tue humilis cappellanus. tuusque orator minus ydoneus. Pacificare militantem eccleſiam. meritique meritis triumphantem. dignus es domine mi rex. accipe librum et ~~dignus~~ ſolve ſignacula eius. ut in apocalipſi regi regum Johannes infert apoſtolus. Meritum enim quis illum heſitet codicem acceptare. ipſum appetere. ſolerti qui ſtudio ſcripturas querit ab habentibus cum ſagacitate. ſcripturas[a] capit a doctoribus cum capacitate. ſcripturasque legit in codicibus cum aviditate. Serenitatis quoque tue ſagacitas, Ptolomei quondam regis Egipti probatur voto ſuccedere. qui librorum milia centum voluminum habere ſe aſſeruit brevi tempore ſucceſſuro. Tu enim capacitate Julii Ceſaris ſcripturarum capis[b] ſenſum altivolum. qui prolata doctorum q̄z ſententia eandem perurgebat ſubtiliter. Avide

[a] a doc add. c.

[b] caipis c.

mobilibus ac ipsam pretiosis ornando iocalibus.